

proveniat ab ipsa natura, & redundet etiam in ipsam generatam.

Dicendum tamen est cum communi genus esse speciem a thomam in ratione generis, ita quod non dantur plures species generatis, sed una sola infima, ita Scot. q. 9. Universi ubi omnes eius Expolitores, & quol. 6. X. & sequitur ex dictis disp. praec. q. ult. ubi haec sunt divisionem universalis in communi in genus, speciem, & c. esse divisionem generis in species infimas, & probatur ex ibi dictis, quia generalitas fundata in natura, estiam diversissima, ut substantia, quantitate, & c. quoad rationem denominandi illas, & praedicandi de ipso omnino conveniunt, & solum ratione connotati distinguuntur, sicut albedo hominis, & equi ejusdem sunt species, & solum species differunt materialiter, & ratione fundamenti. Contra quia species universalis per diversum modum efficiendi in multis, vel praedicandi de multis discernuntur, sed omnia genera, sive supra, sive subalterna, sive substantia, sive accidentalia, & quaecumque excogitari possunt, habent eundem modum efficiendi in multis, & praedicandi de illis: nempe per modum partis materialis, ergo omnia illa sub specie infima generis continentur, & ratio generis in communi omnibus illis convenit, ita quod individui naturae generis formaliter acceptae.

59 Sed urget Averfa cit. diversitas relationis, & aptitudinis, non solum sumitur ex diverso modo respiciendis, sed etiam ex diversitate subiectorum, & terminorum, nam de ratione relationis, & aptitudinis non solum est talis, vel talis modus respiciendi, sed etiam ordo ad talem, vel talem terminum, & ordo talis, vel talis subiecti, ergo ex reali diversitate eorum resultat etiam formalis diversitas in ipsa relatione, & aptitudine, atque ita diversitas quantitas, & substantia redundabit in ipsas generatas formaliter.

Resp. haec, & alias rationes ejusdem tenoris, quas ibi Averfa congerit, non inferre in pluribus generibus diversorum praedicamentorum secundum esse formale generis, sed tantum secundum materialem, contingit enim tantum secundum naturam, quae subternitur generatit, quod ex eo colligitur, quia haec diversitas non importat diversam habitudinem ad inferiora, sed solum diversam rem, quae refertur ut quod substantia, vel accidens, sicut ad argum. distinguit debet assumptum, quod fundamentum remotum non diversificat relationes, sed fundamentum proximum, seu ratio fundandi, similiter terminus materialis non diversificat relationes, sed terminus formalis, seu ratio formalis terminandi, & in proposito licet fundamenta remota sint diversa, & termini materiales, ratio tamen fundandi, ac terminandi in omnibus est ejusdem rationis ut probatum est, quia omnes naturae fundant relationem generitatis, quatenus a praef. fuit esse in multis per modum partis materialis essentialis, & omnes naturae terminant talem relationem, quatenus sunt plura specie diversa.

60 Rursum urgetur adhuc fortius, quia genus sub se continet generalissimum, & subalterna, sed haec species distinguuntur, ergo non est species infima, major est certissima apud omnes, ita quod plura quam puelliter erravit Puentes, cum dixit q. 17. dist. 1. art. 1. genus primum praedicabile esse dumtaxat genus intermedium, Prob. min. tum quia illa species differunt, quae diversae habent definitiones, & passiones, sed genus supremum, & subalternum sunt huiusmodi, ut patet ex Porph. de specie, ergo & c. tum quia plus differunt inter se, quam duo genera subalterna, sed haec tantum numero differunt, ergo illa differunt specie, quia inter distinctionem numericam, & specificam non datur medium.

Resp. quod licet genus supremum, & intermedium, quatenus talia specie distinguuntur (de quo tamen est aliqua difficultas apud nonnullos Scotistas q. 12. Universi.) non tamen essentialiter discernuntur in ratione generis, & universalis, cum eodem modo sint in multis, & praedicantur de multis, quod enim genus supremum nulli alteri subicitur generi, sed intermedium utique, accidit illis quatenus genera sunt, & universalia, quia haec relatio subicitur nulli alteri ad rationem universalitatis, quae constituitur per ordinem ad inferiora, de quibus praedicatur, sed ad superiora, quibus subicitur adhuc etiam quod genus supremum plura habeat inferiora, quam intermedium, merè per accidens se habet ad illa, quatenus genera, quae eodem modo de illis multis praedicantur, & illa respiciunt, nimirum ut multa essentialiter diversa, unde non nisi differentiam accidentalem inter ea potest inferre, quemadmodum lineam decem palmorum per excessum quantitatis intra eandem lineam speciem infimam dicimus a bipalmari accidentaliter tantum differre. Ex quo etiam facile occurrit Ponceo d. 3. n. 111. distinguuntur genus superius, & inferius in ratione praedicabilium, quia licet utrumque praedicetur ut pars contrahibilis, tamen unum praedicatur, ut pars contrahibilis per differentiam non ultimam essentialiam, aliud vero putatur infimum ut pars contrahibilis per differentiam ultimam essentialiam. Hoc enim per se distinguenda in ratione praedicabilium non enim per ordinem ad differentias, quibus contrahuntur, sed sunt rationem praedicabilis, sed per ordinem ad inferiora, & modum praedicandi de illis, eodem autem modo praedicantur de illis tam genus superius, quam inferius, quia respiciunt illa, ut multa essentialiter diversa, magis autem, vel minus intra eandem lineam non variant speciem.

63 Ex quo deducitur bene Mayron. adnotat vit. pass. 3. & 4. universi. & sequitur Compl. disp. 6. q. 1. Soc. c. de specie, Maius sect. 1. q. 4. Sanch. q. 53. Averf. q. 1. sec. 3. & alii. Speciem respiciunt subicitibilis, & praedicabilis aequivocone nomen esse, quia isti respectus sunt oppositi, & ita diversi, ut sub nomine speciei in nullo conveniant, quia non potest dari una definitio communis utrique speciei formaliter sumptae; conveniunt ergo species praedicabilis, & subicitibilis tantum

Q U E S T I O I I.

De Specie

61 Cum de illo Universalis egerimus, quod in quid de pluribus specie differentiis praedicatur per modum partis materialis, scilicet, de genere, nunc agendum est de illo, quod praedicatur in quid totum de pluribus numero differentibus, scilicet, de specie, & merito quidem, cum genus, & species relatae ceantur, & quavis cognitio totius pendat ex partibus, unde videtur prius de differentia tradari debuisse, utpote quae est altera pars speciei, & principalis, tamen quia hic non agimus de specie, sicut neque de aliis Universalibus, secundum esse reale, & metaphysicum, sed intentionale, & logicum, quomodo species prius referuntur ad genus, ut correlativum, quam differentiam, ut ad partem, idem immediatè post genus de ipsa disputatum. Tractat autem Porph. c. de specie, non tantum de specie specialissima, & infima, quae tantum constituit hoc secundum universale, sed etiam de specie subalterna, quia licet haec in ratione universalis, & praedicabilis a specie omnino discernuntur, quia praedicatur de pluribus specie differentiis, & idem ad primum universale spectat, tamen quia in ratione subicitibilis in ordine ad genera superiora omnino convenit cum specie secundo praedicabili, idem de ipsa agit in cap. de specie, quatenus est subicitibilis, cum ejus naturam explicaverit in ratione universalis c. de genere. Diximus autem speciem subalternam in ratione subicitibilis omnino essentialiter convenire cum specie infima, quia genus relatioe ejusdem rationis referuntur ad species, sive sit supremum, sive intermedium, ex eo solum, quia referuntur ad inferiora, in quibus est, ut pars materialis essentialis, ut in fine praec. quest. & art. dicebamus, ergo de converso in proposito ejusdem rationis erit relatio subicitibilis speciei infimae, & subalternae, cum ad ea referantur, ut ad partem materialem suae essentialis, imò haec ratione possumus dicere subicitibilitatem speciei, & individuali esse ejusdem rationis, ut bene notavit Didac. disp. 7. q. 1. in fine.

Ex quo constat, non rectè Averfam distinguere has species essentialiter etiam in ratione subicitibilis q. 1. Log. sect. 3. ex eo quia subicitibilis subalternae fundatur in universalitate generata, & subicitur generi, quod habet sub se alia genera, & subicitibilis vero infimae fundatur in universalitate specifica, & idem subicitur generi, quod sub se habet tantum species, quae cum fundamenta, & termini subicitibilis utriusque sine diversitate quomodo erit subicitibilis. Sed haec omnia non nisi accidentaliter diversitatem inferunt inter speciem subalternam, & infimam in ratione subicitibilis, & ut supra notavimus, diversitas fundamentorum, & terminorum materialium non diversificat essentialiter relationes, sed formalium, hic autem eadem est formalis ratio fundandi subicitibilitatem ex parte specierum, & eadem terminandi ad partem generum, quia omnes ad ea referuntur, ut ad partem materialem suae essentialis, & diversitas, quam ostendere conatur Averfa, non est, nisi materialis, ut patet consideranti. Haec autem quaestio, quia diversas continet difficultates, in variis seabitur articulo.

ARTICULUS I.

De specie subicitibili, & praedicabili rectè definiuntur.

62 Supponendum est pro intelligentia quaestio, quod eadem omnino natura intra seriem praedicamentalem secundum diversos respectus dicitur praedicabilis, & subicitibilis, praedicabilis, quatenus respicit sua inferiora, & subicitibilis respectu superiorum, quod etiam concedendum est in ipsa specie specialissima, quamvis enim Porph. cap. de specie dicere videatur, unicum in ea esse habitudinem formalem atringentem, & genus sub quo est, & individua, quae sub ipsa sunt, id tamen intelligendum est de unitate nominis, ut notat ibi Ant. And. Mauritijs ex Scot. q. 21. universi ad 1. Cajet. Sanch. & alii Expositores, quatenus in specie infima unum est nomen utriusque habitudinis, nam cuiuscumque comparatur, sive superioribus, sive inferioribus, semper est species, ubi in specie subalterna utraque habitudo diversiformè naturam denominant, nam respectu superiorum species dicitur, respectu inferiorum generis. Sunt igitur diversa imò & opposita, non tantum numeraliter, sed etiam essentialiter, sicut & opposita, sicut relationes Patris, & filii; Domini, & subditi, sunt autem essentialiter diversa, licet in uno, eodemque subiecto uniantur, quia relationum diversitas a formalis diversitate fundamenti, & termini attenditur, talis autem diversitas intervenit in proposito, quia terminus praedicabilis est inferiora de quibus natura praedicatur, fundamentum vero ipsa natura communis, in qua illa inferiora conveniunt; terminus autem subicitibilis est ipsum superius, cui eadem natura subicitur, fundamentum vero inferioritas, seu dependentia ab illo; adhuc tamen bene possunt oppositae relationes eidem convenire respectu diversorum, & sub diversitate ratione.

63 Ex quo deducitur bene Mayron. adnotat vit. pass. 3. & 4. universi. & sequitur Compl. disp. 6. q. 1. Soc. c. de specie, Maius sect. 1. q. 4. Sanch. q. 53. Averf. q. 1. sec. 3. & alii. Speciem respiciunt subicitibilis, & praedicabilis aequivocone nomen esse, quia isti respectus sunt oppositi, & ita diversi, ut sub nomine speciei in nullo conveniant, quia non potest dari una definitio communis utrique speciei formaliter sumptae; conveniunt ergo species praedicabilis, & subicitibilis tantum

tantum in nomine speciei, cum aliqua tamen analogia, quia ut advertit Orbel. cap. de specie, nomen speciei versus convenit speciei specialissima, quam subalterna, dicitur namque species a specificando, seu determinando, genus autem magis determinari, quae adhuc est specificabilis, & determinabilis essentialiter. Haec igitur de alicui Porph. distinctas de utraque specie tradidit definitiones; & speciem praedicabilem definit per ordinem ad inferiora dicendo species est, quae de pluribus numero differentibus in quid praedicatur, subicitibilem vero in ordine ad superiora dicendo species est, quae subicitur generi, & de qua genus in quid praedicatur, probabile enim est haec esse unicum, & integrum definitionem, ut inquit Scot. q. 21. in sol. ad 3. non vero pluribus, ut quidam sententiarum; Quare igitur in presenti, an istae definitiones sint rectè assignatae.

64 Dicendum est utramque esse rectè assignatam; ita communiter Doctores, & Scotus praefertim q. 21. Universi. & probatur, quia utraque harum definitionum explicat adaequatè essentialiam definiti, ipsamque distinguit a quocumque, quod non est ipsum, ut patet discurrenti per singulas, & quidem definitionem speciei praedicabilis, quam ad eas particulas, in quibus convenit cum genere explicatae non est modo necesse, cum latius liquet ex explicatione definitionis generis; unde solum refert explicare particulam distinguentem speciem a genere, quae est illa de pluribus numero differentibus, & oppositivè debet intelligi, ut etiam de illa particula pluribus specie differentibus diximus circa definitionem generis, quatenus exponit, & dat intelligere propriam differentiam, quae est praedicatio totam essentiam in individuo; sicut enim id, quod praedicatur de pluribus specie differentibus, necessario dicit illam partem essentialis illorum, ita quod praedicatur in quid de pluribus numero differentibus, eo ipso dicit totam essentialiam illorum, differentia enim numeralis sola non est essentialis, sed materialis. Unde numerus hic accipi non debet pro numero praedicamentali, quia spectat ad praedicamentum quantitatis, ita quod dicitur quantitas, & sit ex divisione continui, sed pro numero transectu dentali, & entitativo, qui resultat, & constituitur ex pluralitate quantumcumque rerum, & per eas numeratas intelligimus illas, quae sunt multiplicatae per differentias intrinsecas in individuis, ut dicit filius haecceitates, ac profundè sunt ulterius incommunicabiles, haec enim sunt ea quae proprie numeraliter differre dicuntur, & dicuntur individua. Parum autem refert, quod haec individua sint aequalis partibus, ut aliqui exposcunt, quia apud admettentes talem inaequalitatem in individuo sub eadem specie, non obit de facient illa essentialiter diversa, sed solum in individualiter, quia inaequalitas illa & continetur infra latitudinem graduum individualium; qualis autem debeat esse numeralis multitudinis, de qua species dicatur, an actualis in re, vel solum in intellectu, an sufficiat naturam aptitudinalis, ut dicitur de Sole, Luna, Phœnicæ &c. dicemus art. 3.

65 Definitio etiam speciei subicitibilis est ex aetè tradita, ut patet discurrendo per eius particulas, cum enim dicitur species est quae subicitur generi, ponit ita explicari, ut scimus in Infinito cum communitate sit illud subicitibile, quod generi immediate subicitur, per quod excludit individuum quod non subicitur generi immediate, sed mediante specie, unde ipsa incompleta seu generica, esse immunitate generi subdantur, ut q. praec. art. 3. dicitur esse ad hoc tamen ei subdantur sub ratione speciei potius quae generis. Verum quia praerequum quod apponendo ly immunitate est addere novam particulam definitioni ad excludendum in individuo data haec expolitio sequitur, quod homo non esset species subicitibilis, vel corpus animati, quia sub nullo istorum immediate ponitur, ut bene arguit Mayron. pass. 4. Ideo cum ipsobidem praefat dicere sensum illius definitionis esse, quod species sit universale, quod generi subicitur, quia hic solum agimus de eo, quod tanquam universale, seu unum ex quinque praedicabilibus subicitur, unde eo ipso excludit individuum, quod esse generi subicitur, non tamen tanquam universale, quam expolitio nempe recipiunt Lovaniæ, & Averfa sect. 2. Ponceo. Joan. S. Th. & alii, licet Ponceus primae adhaereat responcioni. Quod si obicitur, quod species sit subicitibile non esse universale, ac proinde necque ut ponitur sub genere. Occurrit facile ex dicendis art. 2. seq. quod licet formaliter, & reduplicativè species, ut subicitibilis non sit universale, materialiter tamen, & specificativè talis est, illa vero particula, ponitur sub genere, vel generi subicitur, explicat naturam speciei subicitibilis, & relationem subicitibilitatis, per quam constituitur in tali esse, & tandem dum additur, de quibus generis, quod quid sit praedicatur, explicat modum subicitibilitatis, nempe subicitu in quid, & sic explanatae manent haec definitiones.

66 Ne autem ut constat ostendit Ariaga d. 7. sect. 4. in his definitionibus circulus committi dicitur, dum species per genus, & genus per speciem definiatur, observandum est cum Tatar. q. de specie §. secundo §. c. 1. quod unum relativum non debet defini per suum correlativum, sed per suum lamantum sui correlativi, ut evitetur circulus, & sic in proposito species non debet intelligi esse definita per genus formaliter captum, sed fundamentaliter, quam doctrinam latè prosequitur Blanc. sect. 3. de genere, & sect. 2. de specie, & eo contextè, quia genus respicit speciem, & species genus eo modo quo universale respicit inferiora, sed universale non respicit inferiora, ut relativa suat, ergo nec genus speciem, nec species genus, minor patet, nam in definitione universalis nulla fit mentio relationis inferioritatis, definitur namque quod sit unum aptum est

se in multis, ergo universale solum respicit inferiora, ut multa sunt, non ut inferiora sunt; sed quomodo unum relativum debeat defini per aliud, dicemus disp. 8.

In oppositum obicitur i. contra definitionem speciei praedicabilis, quia convenit alijs a definito, cum quia convenit Deo, qui praedicatur in quid de pluribus numero differentibus scilicet de Patre Filio, & Spiritu Sancto, qui in eadem natura subfidentes constituunt numerum trium personarum. Tum 2. quia etiam persona de illis tribus, ut persona sunt, praedicatur in quid, talem enim conceptum esse ab illis abstrahibilem concedit Doct. 1. d. 23. q. 1. in fine, & clarior d. 26. q. 1. infra Y. & in illis reipsum multiplicitate quae tres personae divinae realiter inter se distinguuntur, ut persona sunt, & tamen neque Deus, nec conceptus personae divinae ad illa tria supposita est species. Tum 3. alia etiam multa praedicantur de pluribus numero differentibus in quid, quae tamen non sunt species, ut patet de anima rationali, de materia prima, de puncto; & alii quibusdam animae rationali, de materia, & accedens praedicantur, & accedens praedicantur in quid, & ut tota essentia de suis inferioribus, rationale enim, risibile, & album praedicantur, ut tota essentia, de hoc rationali, de hoc risibili, & de hoc albo.

67 Resp. negando a sumptum, ad primum prob. constat ex dictis disp. praec. q. 2. ar. 3. prope finem, quod natura divina in tribus personis existens nequit dici universalis per modum speciei, ut docet Doct. 1. d. 8. q. 3. prope finem, & Tatar. q. 1. praedicam. dub. 3. quia non est in eis cum sui divisione, ac multiplicitate numerali, sed eadem numero in omnibus, unde licet dici possint tres numero personae, non tamen tres numero Divinae ratione docet Scotus 1. d. 24. q. 1. tria divina supposita non posse absolute, & simpliciter dici numero differentia, sed tantum secundum quid, scilicet cum hac determinatione personarum, quatenus dici potest, quod sunt tres numero personae. Ad 2. difficilior est solutio, si datur talis conceptus communis personae ad tres divinas personas, quia talis ratio communis esset vere multiplicata in illis, & idem variant Autores, concedunt aliqui habere modum speciei, quia in ratione personae non nisi numero differunt. Ariaga. disp. 3. sect. 3. inquit habere modum generis, quia divinae personae in ratione personae formalis differunt, quia Paternitas, Filio, & Spiritio sunt relationes diversae spiritus. Hartad. id concedit scilicet tres divinas personas non solo numero differre, ad hoc tamen nec proprie differre specie, quia sunt proles aequales in perfectione, species autem nequeunt esse aequales, sed concludit conceptum personae, ut sic, participare de genere, & de specie, & esse universale quod iam quod Porph. ignoravit, qui tantum cognovit universale rerum creaturarum, ita loquitur disp. 5. sect. 2. Paqual. verò disp. 74. sect. 1. data communitate talis conceptus, negat habere rationem generis, vel speciei, quia unumquodque horum conceptuum finitus est, ac limitatus, quicquid est in Deo, illimitatum est, sed non explicat postea qualis esset ejus universalitas. Nos dicimus, si admitatur, ut est satis probabile, communitas talis conceptus ad tres divinas personas, cum nulla correspondeat realitas a parte rei per ipsam adaequatè concepta, talem conceptum habere modum praedicandi speciei, tamen non est verè species, cum haec debeat praeferre realitatem potentialem ad haecceitatem, ut ait Scot. 1. d. 8. q. 3. in fine, quia licet Paternitas, Filio, & Spiritio, quatenus relationes sunt alterius speciei, tamen in ratione personarum non solum modo differunt, sed differunt contra speciem, ita modo ille conceptus ex conceptu generico, & differentiali, cum abstrahi possit per intellectum adhuc inadquatè conceptum conceptus communis personis creatis, & increatis, ut Scotus docet loc. cit. qui habet modum generis, cum hoc tamen fiat, quicquid est in Deo a parte rei, esse infinitum, & illimitatum, nisi namque conceptus inadquatè pendet ex nostro concipiendi modo, non explicans res, ut sunt in se distinctè, & adaequatè.

68 Ad 3. respondent ex Cajet. Complut. Amic. Joan. de S. Thom. & alii, quod entia incompleta sicut non ponuntur in recta linea, ita nec proprie, & simpliciter sunt universalis genera, aut species, sed tantum secundum quid. Sed ut constat ex dictis disp. praec. q. 4. dub. 2. etiam naturae incompletae fundare possunt veram, & perfectam universalitatem, quia eo semè modo respiciunt ipsa inferiora, sicut naturae completae, nam sicut animal est pars materialis hominis, & Leonis, & ut sic de illis praedicatur, sic animus est pars materialis aënis, vegetantis, & sentientis, & ut sic de illis praedicatur, ut le licet nature in se sint incomplete, universalitas tamen illi conveniens est completa. Nec obstat, quod non sint directè in praedicamento, bene enim stat, quod aliquid sit directè in praedicabilibus, quod indiredè tantum respiciunt in praedicamentis, ut patet de differentia, quae est unum de praedicabilibus, & tamen non est directè in praedicamentis, quae cum huiusmodi genera, & species dicuntur incompleta, id debet intelligi fundamentaliter tantum, non formaliter ratione ipsius universalitatis, cui doctrine subficientur Murcia hic q. 3. dub. 6. Blanc. disp. 3. sect. 16. & alii. Ad 4. concedimus differentiam, propriam, & accedens sic considerata, in ordine scilicet ad propria inferiora, habere rationem speciei, tunc enim tantum quod ut ratione illorum trium universalium, quando comparantur ad ea subiecta, vel quasi subiecta, ut notat Mayron. pass. 3.

69 Urgetur adhuc contra eandem definitionem, quia homo est species, & tamen praedicatur de pluribus specie differentibus, ut de masculo, & femina, plus namque differunt vir, & mulier, quam duo viri, sed hi numero differunt, ergo illi specie, quia inter differentiam numericam, & specificam in illa mediatur. Haec de causa Rodolphus Agricola

Agricola lib. 1. de invent. ca. 6. & quidam alii dixerunt speciem infamam posse esse genus infermedium; sed propter inopiam...

Deinde arguitur contra definitionem speciei subiectibilis, quae dicitur aliqua species praedicabilis, quae non est praedicabilis...

70 Respondendum Thomae, quod sicut non inconuenient datur speciem subiectibilem, quae non est praedicabilis; ut ipsi tenent de speciebus Angelicis...

71 Ad aliam de genere supremo de suis indiuiduis predicante per modum speciei, concedimus eo casu dari speciem praedicabilem...

72 Ad aliam de speciebus animalibus, quae non sunt praedicabiles, sed sunt subiectibiles, ut dicitur in philosophia...

ARTICULUS II.

Per quid constituitur species in esse 2. universalis, non ut subiectibilis, vel praedicabilis.

73 Cum in specie infima, quae est secundum universale, concurrat haec duplex habitudo, scilicet, subiectibilitatis ad superiorem...

74 Fundamentum vero Cajetan. facile diluitur ex doctrina, quam habet Scotus in hac quaest. citat ad 2. ubi dicit, quod utique species...

75 Fundamentum vero Cajetan. facile diluitur ex doctrina, quam habet Scotus in hac quaest. citat ad 2. ubi dicit, quod utique species...

76 Fundamentum vero Cajetan. facile diluitur ex doctrina, quam habet Scotus in hac quaest. citat ad 2. ubi dicit, quod utique species...

77 Fundamentum vero Cajetan. facile diluitur ex doctrina, quam habet Scotus in hac quaest. citat ad 2. ubi dicit, quod utique species...

esse universale, non tamen talis est, quatenus subiectibilis, sicut contra species, quae est praedicabilis...

75 Sed adhuc fortius urgetur praedicabilitatem, per subiectibilitatem esse universale subiectibilem, quatenus subiectibilem non constituitur...

76 In his adhaec, genus generalissimum non constituitur in hac potentia universalitate per ordinem ad inferiora, sed praecipue per hoc, quod supra se aliud genus non habet...

77 Pro complemento huius articuli refert dubium dissolvendum, quod hic agitari solet, quia eius resolutio multum iuvat ad cognitionem speciei...

78 Altera opinio extrema docet esse per se connexas, & unam originari ab alia, nimirum vel subiectilitatem esse praedicabilitatem, vel contra...

79 Tertia opinio media cum distinctione procedit, et ait, quod si fiat sermo de his rationibus subiectibilitatis, & praedicabilitatis praecipue rationes primae...

dum praedicabile non habet esse universale quomodo cum; sed universale subordinatum, & minus altero, scilicet genere, ergo id, quod conducit ad hoc...

78 Dicendum est pro resolutione dubii, subiectilitatem, & praedicabilitatem utriusque in specie necessario conueniri, non tamen velut causam, & effectum...

79 Deinde quod non conueniantur velut causa, & effectus, probatur, quia istae habitudines sunt oppositae, unum autem oppositum non per se oritur ex alio...

80 Si dicas iterum cum Auctoribus tertiae opinionis, idem potius subiectilitatem esse praedicabilitatem limitatam, quae oritur cum e contra, prior, & essentialiter...

81 Respondet Jo. de S. Th. aliud esse speciem contra hunc genus, & aliud subiecti generis, illud enim pertinet ad constitutionem naturae in se, quae per genus...

sanè sequitur etiam secundam intentionem subiectibilitatis precedere debere intentionem predicabilitatis...

82. Denique quod connectatur potius, veluti duo effectus ab eadem causa procedentes sub diversis rationibus...

83. Et ex his facile satisfis fundamentis earum opinionum, præferunt tertiam, quæ utique majorem habebat cæteris...

Sed obijciæ, quod dari possint, imò de facto dentur species subiectibiles, quæ non sint prædicabiles...

ARTICULUS TERTIUS.

An Species in unico individuo, & Genus in unica specie conservari possint.

84. Genus, & species ex dictis considerari possunt, vel ut tota quedam adualia, id est secundum sua prædicata essentialia...

Quoad genus, tres extant opiniones, duæ extreme, & una media. Prima extrema docet totalitatem potentialem...

est; quia ad hoc, ut genus sit universale metaphysicum, sufficit, ut veniat in compositionem speciei...

85. Altera opinio extrema asserit genus pro sua universalitate conservanda, tam logica, quam metaphysica plures requirere, non solum possibile, sed etiam adu existentes...

Tertia sententia media asserit, utique requiri pluralitatem specierum ad servandum universalitatem generis...

86. Dicendum 1. quod hæc universalitas, si formaliter consideretur, quantum ad logicam universalitatem, licet non requiratur...

87. Quod autem requiratur illa inferior adu existentia obiectivè in intellectu, probatur, quia universalitas est relatio conveniens naturæ per opus intellectus...

obiectivè solum in intellectu existat; ad summum requiritur in termino existentiam obiectivam. Hic tamen advertendum est...

88. Postremo, quod illa plura adu concepta debeant a parte rei sub illis naturis esse possibilis, satis constat ex dictis...

89. Resp. ad hæc omnia uno verbo esse vera, quia natura angelicæ vere sunt multiplicabiles a parte rei in plura...

Contra hæc Conc. stant Thomistæ, in quantum constitunt aliquas species universales in ordine ad multa, etiam si illa plura non sint a parte rei possibilis...

89. Resp. ad hæc omnia uno verbo esse vera, quia natura angelicæ vere sunt multiplicabiles a parte rei in plura...

minatam ad unum singulare, unde quando etiam sic conciperetur, tunc dici non posset natura vere universalis...

90. Nec etiam nostræ conclusioni obest fundamentum primæ sententiæ, quo contendebant servari posse universalitatem generis in sola specie...

Sed dicæ adhuc in eo casu dicendo, Petrus est animal, non explicatur in eo casu predicatur incompletè, & per consequens...

Resp. negando assumptum, quia cum ex hypothesi animal non esset possibile in alia specie præter humanam, qui diceret animal, diceret etiam rationale...

Dices, saltem concedi debere, quod si darentur, vel dari possent plura individua distinctæ rationis, quorum tamen ratio ad individua non sit communicabilis...

At rationis essentialis, seu essentialiter differentibus, per modum partis materialis, etiam de aliis non esset praedicabile, nec aliis communicabile, sed ex alia parte casum esse impliciter quia si illa individua sunt distincta rationis essentialis, essentialiter differentibus, & plura numero, ergo different speciei, & sunt in diversis speciebus, quaeque enim differunt essentialiter, differunt etiam specie, unde in eo casu data hypothese dicendum esset, quod unumquodque illorum individuum propriam constitueret speciem, quemadmodum de individuis angelicis solent dicere Thomistae.

91. Dicendum 2. quod haec universalis, scilicet genus, & species fundamentaliter in se, scilicet quantum ad universalitatem metaphysicam requirunt plura inferiora, scilicet genus plures species, & species plura individua, non tamen actu a parte existentia, sed solum possibili, ita quod universalitas metaphysica generis possit ferri in unica tantum specie a parte rei existente, & universalitas speciei in unico individuo ob pluralitatem inferiorum possibilem. Conclutio colligitur ex Scoto citat. & est communis Auctoribus tertie sententiae, atque probatur quod omnes partes, & quidem ut ab ultima incipiamus, ratio evidens eam convincit, quia ut natura aliqua sit universalis metaphysice, debet esse capax universalitatis logice, natura autem generica, quae solum unam speciem possibilem habet, & speciem, quae unum solum individuum, non potest esse universalis physice, ergo nec metaphysice. Accedit, universalis quae metaphysice definitur esse illud, quod est aptum esse in multis saltem remore, sicut universale logicum dicitur esse illud, quod est in multis, vel aptum est esse in multis proxime, ergo ut terminus adequatus universalitatis genericae in hoc sensu sunt plures species possibilem, & universalitatis specificae plura individua possibilem.

92. Sed quia est praecipua difficultas de genere ob Auctores primae sententiae, quia sunt posse salvari quoad universalitatem genericam in unica tantum specie, etiam si aliae implicarent, eo praecise quia veniet in eius compositionem per modum partis materialis, probatur id esse falsum, quia modo tantum est pars materialis speciei, quia ad plures species est contrahibile, ergo si una tantum esset possibile, certe non posset constitui eius pars materialis, & probatur assumptum, quia si genus non esset commune species, quam constituit, & differentia, qua contrahitur, vere non posset dici contrahitur, & coardari per differentiam, qua non esset maioris amplitudinis, quam differentia, neque esset ratio, cur species contrahitur cum aliis illius naturae, illud enim spectat ad ultimum constitutum alicujus rei, quod est soli convenient. Hinc autem evidenter inferunt, quod non esset pars potentialis illius speciei, nam ultimum constitutum cum jactumque, rei se habere ad actus, & differentia talis essentiae. Confirmatur, quia si in compositione speciei per modum partis materialis, argueretur debemus, quod pro sua universalitate servanda plures necessario exigeret species possibilem.

93. Respondent alii posse salvari adhuc potentialitatem generis in una sola specie possibile, quod declarant exemplo materiae caelestis, quae adhuc per modum potentiae est unita formae celestium si alterius capax non sit. Sed falsum est posse dari materiam physicam, quae sit unibilis cum unica tantum forma, ut late demonstravit in physicis disp. 2. q. 4. art. 1. & Doctor disertè offendit. 2. d. 14. qu. 1. ubi acriter evellit doctrinam illam de materia caelestis, sed quicquid sit de hoc, plane repugnat generis posse sic uniri cum differentia servata adhuc sua potentialitate, si enim non est magis de indeterminatione, quam differentia, si non latius illa, cur magis dicitur genus per differentiam determinari, & coardari, quam differentia per genus? Denique differentia est gradus essentialiter separans rem ab alia idem genus participante, ergo essentialiter est generis pluribus differentibus species esse contrahibile, & consequenter plures species possibilem respiciere.

94. Deinde probatur altera pars conclusionis, quod non requiratur inferiora a deo existentia pro universalitate metaphysica, & quia est praecipua difficultas de genere propter Auctores secundae sententiae, qui contendunt genus in ratione totius potentialis, & universalis metaphysici plures actu species a parte rei exigere. Probatur hoc esse falsum, quia universalitas generis metaphysica non consistit in hoc, quod habeat plures partes subiectivas, in quibus actu existat, sed tantum quibus possibile inesse, cum ergo universalitas metaphysica generis consistat in relatione aptitudinali, frustra queritur terminus actualis, nam solus aptitudinalis sufficit, hic autem est species ipsa possibilem sub genere, ergo sufficienter salvatur universalitas generis per ordinem, ad solas species possibilem.

95. Respondent Auctores 2. sent. non propter ipsam universalitatem generis requiri plures species actu existentes, sed solum ad existentiam perfectam naturae genericae, & statum connaturalem eius. Sed contra, tum quia haec ratio non solum plurimum, sed omnium proprius specterum sub genere possibilem existentia requireretur, ut genus esset undequaque perfectum, si igitur modo de facto genus existit, & conservatur, quantum sufficit ad statum eius connaturalem sine tot speciebus sub eo possibilem, poterit etiam sine illis, quas de facto sub se habet, conservari una dumtaxat incolami. Tum

quia gratis daturus, quod genus existens in unica specie non haberet omnem perfectam, quam haberet in pluribus, sed propter hoc non desideret esse genus, quia talis perfectio est protius ei extrinseca, unde animalitas hominis dicitur perfectio, quam equi, ratio, ne tantum differentia ad iunctas, sicut etiam de facto non definit esse genus, etiam si non existat secundum illam perfectionem, quam posset habere in aliis speciebus perfectioribus possibilem, tum quia idem suo modo dicendum esset de specie, ut bene notat Hurt. disp. 4. sect. 4. si admittatur inaequalitas quoad gradus individuales in tra latitudine ejusdem speciei. Tum tandem, quia quando etiam haec omnia admittimus, non probant necessarium esse simpliciter naturam genericam tali modo existere, sed ad summum naturaliter ita esse debere.

96. Hoc modo satis fundamentum secundae sententiae non enim necessitate ostendunt, ad solam congruitatem, quod genus actu sub se habeat plures species, hoc enim juxta naturalem rerum dispositionem, utque magis debuit esse generi, quam speciei, quia naturaliter loquendo sub omni genere nobis non inveniuntur plures species existentes, ubi sub quibusdam speciebus non nisi unum dumtaxat individuum reperitur, ut patet de Sole, & Luna, tum quia multo magis confert ad splendorem universi, & ad varietatem rerum multiplicatio specierum, quam individuum, & in hoc sensu locuti sunt veteres illi Auctores, qui pro secunda sententia addebantur.

Contra haec conclusio instat pluribus Arist. restimionis, quibus docet generis plures debere esse differentias necessarias, pluresque species, ita loquitur 1. Topic. c. 1. loc. 29. & 6. loc. 7. 1. & 3. Met. 10. & 7. Met. 42. & 10. Met. 14. & alibi sepe. Deinde rationibus. Tum quia nequit intelligi genus per unam differentiam dividit, & ad unam speciem contrahi, nisi simul ab alia dividatur, & in alia specie reponatur. Tum 2. quia differentia specificae sunt oppositae, & veluti contrariae, existente autem uno contrarium debet existere, & aliud 2. Caeli 18. Tum 3. quia nequit esse sine differentia, cum qua constituit specie, sed differentia facit actu differre speciem constitutam ab omni alia specie, quod esse nequit, nisi alia species actu existat. Tum tandem, quia potentia generis ad plures species est potentia naturalis, quae debet reduci ad actum, ne frustra sit.

97. Resp. Arist. vel duntaxat, quod genus plures respicit species possibilem, quod hoc sufficit ad eius universalitatem metaphysicam, quod si alicubi requiritur existentiam actualem earum, tunc vel loquitur de genere physico, hoc est, juxta naturalem rerum dispositionem, quod sensu concedimus plures exigere species in existentia reali, vel loquitur de genere logico, quod plures etiam actu existit species in existentia obiectiva. Sic etiam dicuntur ad rationes. Ad 1. ex divisione generis facta per differentias utique inferunt genus necessario respicere debere plures species, non tamen necessario existentes, nam poterunt concipi plures species possibilem, quae involvant naturam genericam, tanquam partem materiam constitutam ipsarum. Ad 2. negatur, quod differentias specificas esse proprie contrarias, quia earum oppositio potius rediunt ad privativam, quatenus una semper est perfectior, alia imperfectior. Arist. autem 2. de Caelo locuti est de contrariis proprie dictis, & non de omnibus oppositis, de quibus potius dixit in postpraedicam. Ut notavit Averia 9. q. 10. sec. 4. non esse necessarium hoc existere, si existit illud. Ad 3. quae concludit de specie, quod nequit contrahi in unico individuo, quia etiam talis differentia numerabilis distinguit numerice individuum, quod constituit, ab omni alio, negatur itaque minor quoad secundam partem, quia differentia distinguit speciem, quam constituit, non solum a speciebus actu existentibus, sed etiam possibilem distinctione reali negativa. Ad ult. illud plus probat, quam vult Adversarius, cum enim potentias generis non sit ad duas differentias tantum, sed ad sine theorematice infinitas, excludit genus de bere sub se continere de facto species infinitas, patet igitur ex dictis q. 2. praed. disp. dub. 1. in modo potest generis, & cuiuslibet universi sit naturalis ad sui multiplicationem, & non potentia ipsa naturalis dicatur esse frustra, inquit Doctor 4. d. 49. q. 10. §. Ad primum argumentum sufficit, ut sit redunda ad actum in aliqua specie, vel individuo, si enim non frustratur potentia secundum totum genus, speciem, & ideo si genus unum dumtaxat haberet se sub specie in actu, eius potentia naturalis non crederetur frustra; imo illud commune dictum, frustra est illa potentia, & c. explicari solet de potentia naturali physica, non autem logica, quae consistit in sola non repugnancia, qualis praedicantur est potentia universalium ad sui multiplicationem ex dictis ibidem.

ARTICULUS IV.

Quo sensu, & ut rectè hic definiatur Individuum à Porphy.

98. Porphyrius c. de specie sub fine agit de Individuo, quia est primum ejus correlativum, notat autem Tatar. de substantia 92. §. Tria sciendum, esse differentiam inter individuum, hic singulare, aut unum numero (haec enim sunt synonyma) & suppositum, ac personam individuum enim, hic singulare, & unum numero est, cui repugnat dividi in plures partes subiectivas, id est in plura inferiora, ut haec albedo, hic lapis, & in quolibet praedicamento reperitur, nam scilicet substantia, quam accidentis, suppositum vero reperitur tantum in praedicamento substantiae, & dicitur illud, quod est alteri incommunicabile, tam ut quod id est sicut formae subiecto, quam ut quod id est sicut superius inferiori, ut explicat Doctor in 1. d. 2. q. 7. §. Ad primum quaestione. Persona tandem reperitur tantum in genere.

genere naturae intellectualis, unde notat Doctor in 1. d. 23. q. 9. §. Ad quaestionem dicitur de Ricar. de Trin. c. 22. quod sit intellectualis naturae incommunicabilis existentia, ita quod suppositum addit sit primum individuum, quod sit substantia, & persona supra suppositum, quod sit substantia intellectualis, & sic illa tria se habent ut magis amplum, vel minus amplum, nam omnis persona est suppositum, sed non e contra, & omne suppositum est unum numero, seu individuum, sed non e contra.

99. Rufus ut notat idem Tatar. q. de specie §. Quarta sciendum, individuum, ut sic potest sumi per secundam intentionem attributa illi, cui repugnat dividi in plura seipsum, id est in plura inferiora ejusdem rationis, quorum quodlibet sit ipsum, eo modo, quo dividi solet universale, alio modo primo intentionaliter, id est per denominatum ab illa relatione rationis, alio modo sumptum duplicem potest fundare relationem rationis, una dicitur subiectibilitatis, per quam constituitur correlativum speciei, sub qua ponitur immediatè, altera praedicabilitatis, qua constituitur potius praedicari, non de aliquo inferiori, sed de ipso. Juxta hanc triplicem considerationem tres quoque assignat Porph. individui definitiones. Prima est individuum primo intentionaliter capti, quae talis est, Individuum est, cuius collectio proprietatum in nullo alio eadem erit, quae proprietates illius carminibus designatur, Formas, figuras, locos, tempus cum nomine, Sanguis, patria, sunt septem, quae non habet unum, & c. alter. Alias duas tradit de individuo per secundam intentionem, unam quidem ex parte praedicabilitatis dicens, Individuum est illud, quod de uno solo praedicatur, alteram ex parte subiectibilitatis, sic Individuum est, quod constituitur sub specie.

Dubitar ergo in praesenti an per has definitiones explicetur aliqua ratio communis, in qua ultra convenientiam specificam conveniant quoque ut individua sunt, deinde an sit rectè assignata? Quo ad primum dubium Cajet. c. de specie, Albert. Soto, Tolet. Lovan. ibidem Morgan. & Paqual. to. 2. met. d. 24. n. 11. Martin. c. de specie q. 3. negant individuum hic describi sub aliqua ratione communis, quia nulla talis assignari potest, cum individua inter se sint primo diversa, ut individua sunt, ut videtur frequenter docet Scotus 1. d. 3. q. 3. F. & d. 3. q. 6. & 7. & alibi quae proinde vult hic definire individuum commune suppositum quod omnia involuntè describantur, nullum tamen eorum exprimitur determinatè, sicut de individuo vago dicitur solemus, quod non significat rem unam communem, sed particularem, sumptam tandem indeterminatè.

Dicendum tamen est, posse per has definitiones explicari rationem individui, ut sic univocè commune omnibus individuis, & de linguis praedicabilem in quibus, quia ratio communis habet modum praedicandi speciei. Conclutio proculdubio est de mente Doctoris, qui concedit ab ultimis differentibus, & constituitur per eas abstrahi posse ab intellectu inadeguatè concipiente rationem communem in quid, ut constat 1. d. 3. q. 9. in fine, & clarius d. 6. q. 9. ubi, & eius Expolitor praeterim Lichetus, idem colligitur ex 1. d. 2. q. 3. §. Ad illa, ubi docet hanc propositionem esse concedendam singulari est universale, quia licet, quod concipitur, sit singularitas, modus tamen, sub quo concipitur, est universalitas, quia quod concipitur, ut concipitur, habet indifferentiam ad plura, quod etiam repetit 4. d. 13. q. 1. infra T, idem quoque asserit qu. 12. univ. in sol. ad 3. ubi ait, quod individuum, ut sic, est species respectu intentionis, & sequitur eius Expolitor ibidem, ubi Brasavol. praeterim explicat individuum ut sic, esse universale de nominativè, & esse aliud illorum, quippe nempè speciem, quia exercitè praedicatur de hoc, & illud individuum, sic etiam Tat. loc. cit. & Barg. 1. d. 24. in fine §. Ad quaestione. & ait esse mentem Doctoris qu. 7. & 8. univ. & Puent. q. 5. n. 33. sequuntur & centores passim. Rufus c. de specie q. 6. Hurt. disp. 5. sed 7. Arriag. disp. 7. n. 51. Compl. disp. 6. q. 6. & fivet S. Th. 1. p. q. 30. art. 4. quem sequitur Cajet. ubi sui immemorabili, ubi etiam Sanctus Doctor bene advertit, quod non datur esse conceptus communis individui secundum rem, sed solum secundum rationem, quatenus a parte rei nulla ei correspondet natura communis, quae per talem conceptum adequatè exprimitur, sicut regulariter correspondere solet generi, & speciei, ut, animalitas, & humanitas, sed correspondent solum omnes singularitates reales confusae, & inadeguatè conceptae, quae de causa conceptus individuationis, ut sic, praecisus dicitur inadeguatè.

100. Probatur autem, tum quia definitio individui, ut sic, est communis omnibus individuis, ergo aliquid commune ipsis per eam exprimitur, & quidem commune univocum, quia aequivocum definitio non potest. Tum quia si hic non definitur ratio aliqua communis individuum, nec definitur potest, ergo tot assignanda erunt definitiones, quot sunt individua, Tum quia individuum, ut sic, opponatur signa quantitas, omnis, nullus, aliquid, dicimus enim omne individuum, aliquid individuum, ergo est terminus communis quia haec sunt signa termini communis. Tum etiam, quia hic syllogismus est bonus ut ait Rufus. Omne individuum est incommunicabile, Petrus est individuum, ergo, & c. Sed si nihil commune datur individuis univocum, etiam ut individua sunt, erit vitiolosus, quia medium erit aequivocum, aut alterter analogum, quod ejus unitas non sufficit ad unitatem medii, quae ratio Scotus 1. d. 3. qu. 3. demonstrat univocacionem entis. Tum tandem, quia plures individua concipere, quatenus sunt similia in hoc, quod non sunt ulterius dividibilia in plura inferiora, ergo univocè conveniunt in ratione individui.

Sed contra obicit solet 1. quia si ab ultimis differentibus abstrahi potest, & nullius T. Logica.

test talis ratio communis, quae hic definiatur, iam non erunt primò diverse, quia in aliquo quidditative convenientem non habebunt conceptum simpliciter simplicem, & ultimo determinatam, quia adhuc resolvit poterant in conceptum communem, & proprium, & tandem dabitur processus in infinitum, quia si ultimi differentibus assignari potest id, in quo conveniunt, & per quo differunt, eadem erit ratio de istis differentibus, per quas differunt, quae sunt rationes, quibus Doctor probat 1. d. 3. q. 3. ultimas differentias non includere conceptum entis quidditative, & hoc est unicum fundamentum, Adversariorum.

101. Resp. has rationes probare solum, quod ab ultimis differentibus nequeat abstrahi conceptus communis adequatus, & realiter important, nam si talem conceptum communem haberent, tunc utique non forent a parte rei primò diverse, quia conveniret in realitate, ut Petrus, & Paulus in humanitate, & per consequens non essent ultime differentiae, quia haec rursus deberent aliis differentibus differre; item non haberent conceptum simpliciter simplicem, quia esset resolvibilis in ultiores conceptus, quibus propriae realitates correspondere, unde nec realitas differentiae esset praecisa ratio differendi, sed deberet dari ulterior processus, ut sic in infinitum erit processus in realitates, ad inodum, quod talis conceptus abstrahatur, in quo conveniunt, sit inadeguatè, evitatur talis processus in simpliciter simplicem, quia individua confiderata sub illa ratione communi non distinguntur rursus per alias differentias individuales, sed per easdem adequatè, & clarè consideratas, ut bene notat Rufus, Hurt. & Arriag. cit. Sed inhiat adhuc sicuturum processum in infinitum in conceptibus inadeguatè, quia cum ab hac, & illa haecceitate abstrahatur est ratio individuationis, ut sic, possunt rursus rationes differentiales illam contrahentes inadeguatè concipi, & sic rursus individua praedicandi, & sic in infinitum. Negat Hurt. §. 69. conseq. quia ratio, quae per primum actum abstrahitur ab hac, & illa individuatione, est ratio individuationis, ut sic, in qua sunt similes, abstrahatur verò semel hac ratione, non remanet in illa ratio individuationis, quae abstrahitur, sed tantum remanent conceptus differentiales, qui sunt primo diversi, & ideo non datur processus in infinitum, sed in prima abstractione datur status. Hae responsio supponit unum falsum; quod nimirum cum sit abstractio superioris ab inferioribus, quodammodo separatur ab eis in esse obiectivo, quod est falsum, sic enim ferret abstractio mendax, ut docet in simili Doctor 1. d. 2. q. 7. §. Tenendo, vers. cum autem inferre, quod manifestè patet, cum enim animal praedicatur ab homine, sanè non ob id homo praedicatur ab animalibus, licet enim haec mutua praecisio fieri possit inter superioris, & differentiam illud contrahentem, non tamen inter superioris, & inferioris, quia inferioris essentialiter includit superioris.

102. Quare potius concedendum est facta abstractione individuationis ab hac, & illa haecceitate manere adhuc rationem convenientem in illis ob allatam rationem: hinc tamen non sequitur processus in infinitum, sed adhuc debet dari status in prima abstractione obiectiva, quia ratio convenientis, quae manet in illis, est eadem, quae semel abstracta fuit, unde si secundo, vel tertio rediat intellectus per varias reflexiones ad illam abstrahendam, dabitur utique processus in infinitum in praecisionibus formalibus, id est in actibus intellectus, non tamen in obiectivis, quia ratio, quae abstrahitur per secundum, & tertium actum, est eadem, quae abstracta fuit per primum; nullum autem est inconveniens admittere processum in infinitum in praecisionibus formalibus, quia potest intellectus ad libitum redire ad hujusmodi abstractiones faciendas; sed bene inconveniens foret, si daretur in obiectivis, quia tunc admitteretur in individuis infinitae rationes communes, & gradus convenienti.

103. Secundo obicitur ad idem; Tum quia individuum definitur a Porph. esse id, quod ad uno tantum praedicatur, & eius correspondentem connexio in nullo alio reperitur, ergo non est commune pluribus. Tum 2. quia formalis ratio differentis nequit esse ratio convenienti, sed individuo est formalis ratio differendi, ergo in ea nequit esse convenientia. Tum 3. quia talis ratio communis implicat, esset enim simul, & semel communis, & singularis, communis quidem, quia convenit omnibus individuis, singularis autem, quia est singularis ipsa. Tum 4. quia tunc concipi posset natura humana cum individuatione illa communi, quae faceret compositum, quod non esset commune, nec singulare, non commune, quia sic natura illa non esset individuata, nec singulare, quia sic ratio individuationis non esset communis, sed propria. Tum 5. si individua ut talia, habent aliquam rationem ipsis communem, ergo etiam species, id est quoad differentias specificas, non considerando, quod sunt hujus, vel illius generis, habere poterunt talem rationem communem, quae sit media inter proximum genus, & species. Tum 6. quia si daretur talis ratio communis, haec deberet esse contrahibilis per differentias individuales, hoc autem implicat, nam quod est contrahibile per differentias individuales non est in tra rationem individuationis, sed essentialiter specificae. Tum 7. si ratio individui esset communis omnibus, haec esset praedicatione media, Petrus est homo, quia mediatur ratio individui humani inter Petrum, & hominem. Tum 8. postquam Porph. tradidit praefatas definitiones, subiungit haec exempla, Socrates hoc album, ergo haec omnia individua immediatè describit, & confusè, non autem aliquid commune ipsis. Tum tandem, quia si dari potest conceptus individuationis dictus in quid de ultimis differentibus, idem quoque de conceptu entis poterimus, & debemus asserere contra expressam mentem Scoti

z. d. 3. q. 3. F. praefertim, cum non importet realitatem adequatè cognitam, ut docet r. d. s. q. 3. prope finem.

103 Resp. ad 1. in P. r. Hsp. c. de specie s. Terzio sciendum, individuum secundum intentionalem captum praedicationis exercit praedictari de pluribus numero differentibus, scilicet de hoc, & de illo individuo per modum speciei, sed praedicatione signata dici de uno solo. Ad hoc solum non satisficit, quia si pro secunda intentione induit modum speciei, non solum exercit, sed etiam signatè praedictari debet de pluribus, imò hic est proprius modus praedictandi speciatim, praestat ergo dicere, quod sicut talis ratio communis individuorum, ut individua sunt, est solum communis, ut modus, sed singularis, ut quid, ita etiam uni soli convenit, & de uno solo praedictatur, ut quid, sed de pluribus, ut modus, tam exercitè, quam signatè; nec repugnat individuum confusè, & inadèquaturè cognitè, & adèquaturè cognitum. Ad 2. dicimus ad min. quod individuo in communi, & confusè cognita non est ratio differendi, sed ipsamet perfectè, & adèquaturè cognita, quo modo explicatur per Petreiatem, & Pauletatem, & idèdè quamvis individuatè, ut quid, fit ratio differendi, tamen confusè cognita est ratio conveniendi, ut modus, sed denominativè. Ad 3. esse communis, & singularis, sed non eodem modo, nam esset singularis ut quid, communis, ut modus. Ad 4. natura concepta cum individuatione illa communi non efficeret compositum aliquid unum in intellectu nostro, quia individuatè non concipitur in tali statu per modum contrahentis, & determinantis, sed potius per modum contrahibilis, & determinabilis, quod si conciperetur adèquaturè, & distinctè, utique efficeret quid unum, quia tunc conciperetur singularis, ut verè est in se. Ad 5. concedimus idem iudicium fieri posse de differentibus specificis ad invicem collatis, sicut de individualibus, quod licet secundum proprias rationes non conveniant in aliquo illorum generum, quae dividunt, conveniant tamen in hoc, quod habent similes modum dividendi, genus, & consequentiè speciem, quam rationem communem describit Porph. c. de diff. cum ait differentiam esse, quae est divisa generis, & constitutiva speciei, & talis ratio communis specierum, ut species sunt, non mediatur inter proximum genus, & species, quia non est illis communis, ut quid, sed tantum ut modus.

104 Ad sextum dicimus ad min. quod est contrahibile per differentias individuales ut quid, & velut realitas potentialis ad illas, utique vera esse essentialiter specificam, quia species proprie dicta realitate praefertit debet, ut supra diximus ex Scot. r. d. s. q. 3. circa finem; non autem, quod est contrahibile tantum, ut modus, & veluti conceptus inadèquaturè ejusdem realitatis confusè cognitè, ut est individuatè in communi, hoc enim dicitur species tantum ut modus. Ad 7. non est inconveniens inter individuum & speciem infinitam dari medium per rationem, licet sit in media 2a parte rei, sicut etiam q. praec. art. 3. dicebamus inconveniens non esse individuum esse generi immediatum per rationem, esse sit mediaturè a parte rei; verum tamen est, quod individuum humanum, ut sic, non ponitur in praedicatione, ut medium inter Petrum, & hominem, quia ibi ponitur natura, & realitates, non autem modi naturae, & puri conceptus inadèquaturè, qualis est individuatè. Ad 8. tradit illa exempla, non quia immediatè definiunt Socrates, & hoc album, sed quia omne, quod signatur in secundis intentionibus, exercetur in primis, ut supra dictum est de exemplis adductis à Porph. pro explicatione definitionum generis, & speciei. Ad ult. concedit Liehet. loc. citat. ens posse univocè dici etiam de ultimis differentibus eo modo, quo dicitur de Deo, & creatura, quia ut sic dicitur conceptum inadèquaturè nullam praefertens realitatem non tamen eo modo, quo dicitur de decem praedicationibus, quia ut sic dicitur conceptum adèquaturè, & realitatem, requirit autem ultimis differentibus convenire in realitate, cum in ea sint primo diversè, & in hoc sensu ait procedere rationes Scoti r. d. 3. q. 3. Sed quia de hoc agendum est in Met. potest pro nunc dici non esse eandem rationem de ultimis differentibus ad conceptum communem haecceitatis ab illis abstrahibile comparatis, & ad conceptum communem entis, etenim ad istum comparatur, velut contrahens ad contrahibile, ad illum vero ut inferius ad sumum superius, praedictatio autem superioris de inferiori semper est quidditativa, ut praedictatio contrahibilis de contrahente est denominativa, ut cum dicimus rationale est animal, quia contrahibile est semper extra rationem contrahentis, ut patet de genere, & differentia, quare neganda est paritas.

Agit de hac quaestione Ovvied. controv. 5. Log. punct. 3. ubi ait, quod licet in sententia praedicationum formaliter tantum, & ex parte aclus, possit praefertit ratio communis omnibus individuatè, tamen aclus etiam ipsi individualibus formaliter sumptis, tamen in sententia praedicationum etiam ex parte obiecti nequit adhiberi talis ratio communis, quia differentia individualis non est resolubilis in duos conceptus, quorum unus sit ratio conveniendi cum aliis, & alter ratio differendi, quia tunc primus conceptus non attinet ad rationem communis illius differentie, sed adèquaturè constituitur per secundum, cum ejus adèquaturè idem tenet disp. 7. Log. qu. 2. Sed haec ratio, sicut & aliae, quas ibi Poncius adducit, coincidunt cum modo relatis, & jam solutis, neque aliud ad summum probant, nisi ab ultimis differentibus abstrahi non posse conceptum communem adèquaturè, ac realitatem importantes, ut importare solent conceptus generici, & speciei praedicationales; & praefertim rationes

Poncii in hoc sensu procedunt, ut patebit discurrunt per illas, & liquidò constabit disp. 9. Met. de principio individuationis, ubi rursus de hac re redit sermo, & exactius de hac re disputabitur cum his duobus Recentioribus, interim nota, Poncium in ea ipsa questione non fati sub constare, quia sub num. 8. concedit, quod singularitates, ac individua omnia, quae talia, sint conceptibilia conceptu tam determinato, quam omnes homines, quae homines, & quod etiam sint tam similia inter se, & definiabilia in eadem univocè competente ipsi, quod & supra concesserat in eadem disp. num. 7. & tamen negat ibidem hinc sequi, quod conveniant in aliqua ratione abstrahita ab ipsis, & praecisè, quod planè est manifestè contrarium, ut loc. cit. disp. 9. Met. demonstrabitur, eodem quoque modo procedunt rationes, quibus idem Autor probat disp. 7. Log. qu. 5. nam, 55. differentias ultimas specificas non convenire in aliqua ratione differentiè ut imò, alioquin non essent ultimas, probant enim non posse convenire in tali ratione, quae fundetur in aliqua realitate, & sit illis communis, ut quid; quod autem in conceptu inadèquaturè illis communi, ut modus, convenire nequeant, minime probant.

105 Quoad 2. dubium, ut constet de sufficientia definitionum, quas ex Porph. retulimus, notandum est, quod per eas Porph. non definit individuum vagum, sed signatum, ut patet in exemplis ab ipso adductis Socrates, & hoc album, id enim individuum proprie dicitur de uno solo praedictari, quia illud determinatè significat, individuum verò vagum non significat quid unum, sed immediate plura sub distinctione, nam v. g. aliquid homo idem sonat, quod hic, vel ille homo, & hic est proprius modus significandi individui vagi, ut diximus q. 5. praec. disp. ex Scot. qu. 12. praedicam. & licet interdum in propositione ejus significatum restringatur ad suppositionem determinatam, iuxta exigentiam praedictati, vel subiecti, quod requirit illam restrictionem, aut ex intentione proferentis, ut cum quis dicit quidam homo fuit accessus, nam ex intentione si loquens ly quidam determinatè supponit, absolutè tamen, & ex natura sua semper plura significat indeterminatè.

Sed quamvis hic definiatur individuum signatum, non tamen definit particulariter tantum, scilicet per Petrus, aut Paulus, quia non est definitio capax ut dicitur disp. 1. q. 4. art. 3. sed universaliter tantum, nimirum pro conceptu individui in communi, quem ab eis etiam ut individua sunt abstrahi posse jam demonstravimus, sic enim individuum est capax definitionum, cum induat modum universalis. Dices, hic definiatur individuum, ut sic, ergo non sub ratione universalis. Resp. verum esse assumptum, quatenus ly ut sit includit convenientiam individuorum in illa specie, quorum sunt individua, non autem convenientiam in aliqua ratione communi ratione individuationis praecise. Dices rursus, hic definiatur individuum, prout est praedicabile quoddam de uno solo dicibile distinctum ab aliis universalibus, ergo non potest defini per rationem individui in communi, quia sic praedictatur de pluribus, sicut alia universalis, & praefertim non distinguetur à specie, quia praedictaretur de hoc, & de illo individuo, ut de pluribus numero differentibus. Resp. concessio, neg. confes. adhuc enim bene stat, quod à specie, ad quam reducit, & ab aliis universalibus individuum in communi distinguatur, quia species, & alia universalis de pluribus praedictatur, ut quid, individuum verò non nisi ut modus, sicut singularis non est universale, nisi ut modus ex Scot. cit.

106 In illa igitur prima definitione individui, quae definiatur individuum primo intentionali captum, & dicebatur esse, cuius collectio propriatatis in nullo alio eadem erit, definiatur ratio individuationis realis in communi in concreto; non est autem intelligenda haec definitio de eisdem numero proprietatibus, in hoc enim sensu non solum tota collectio, sed neque aliqua ex illis potest esse in eodem subiecto, quia non potest esse numero accidens naturaliter esse in duobus subiectis, sed est intelligenda de accidentibus omnimodis similibus, quia secundum communem naturam cursum nullam individuum est alteri simile in omnium proprietatum collectione, sive fit accidens individuum, sive substantia, quod addimus ob multos, qui dicunt hanc definitionem non comprehendere, nisi individua humana, & bruta, quia inquit individua rerum inanimatarum non habere proprietates contentas in illis carminibus, & quia aliquando ita inter se sunt similia, ut inter illa differant nequeat, ut patet de duabus partibus aquae, albedinis, aut ligni inter se. Sed quamvis verum sit ex illis proprietatibus magis inter se distingui, & differant individua animata, quia plures earum participant, quam inanimata, tamen negari nequit, etiam inanimata ex quibusdam earum, quas participant, sufficienter inter se non differant, unde nota Doctor 2. d. 3. q. 1. C. duo quantivim dicitur portiones aquae, sufficienter à nobis differant per diversitatem situs, vel loci, notius ergo dicendum est illam definitionem etiam aliquo modo comprehendere individua inanimata, & homogenea. Quamvis autem haec definitio non sit essentialis, & quidditativa, quia res non sunt individuae per accidentia, sed per proprias differentias individuales esse intrinsecas, & realiter identificatas, ut probat Doctor 2. d. 3. qu. 4. & seq. est tamen sufficienter descriptiva, quia optinè infinitarum differentiarum numeralis intrinsecae per accidentia extrinsecas collectim sumpta, ut ait Doctor loc. citat. q. d. auctoritates, glossans illud Boetii r. de Trin. cap. 1. Varietas accidentium facit in substantia differentiam numeralem, & rationem, ut ait dicebamus, nequit naturaliter unum individuum esse alteri simile in omnium prout accidentium collectione, quia

quis tamen licet hoc sit naturaliter impossibile, tamen non rapugnat de potentia Dei absoluta, ideo illa descriptio non est in toto rigore exacta.

107 Altera definitio Individui, quae erat, illud esse, quod de uno solo praedictatur, afferebatur de individuo sub ratione praedictabilis, ut diximus, & consequenter secundo intentionali capto. Ut autem intelligatur modus praedictandi individui, advertendum est ex infra dictis disp. 10. duplicem esse praedicationem, unam formalem, & directam, alteram identiam, prima est, in qua praedictatum est aliquid de subiecto diversum, vel in re concepta, vel saltem in modo concipiendi explicitum, vel implicitum; dicitur autem directa, quando in ea est subiectum, quod ex natura rei natum est subiecti, & praedictatum, quod natum est praedictari, unde haec praedictio, homo est animal rationale v. g. dicitur formalis, quia licet subiectum, & praedictatum in re significata non differant, differunt tamen penes modum significandi explicitum, & implicitum, nam praedictatum dicitur explicite, quod subiectum confusè, & idèdè dicitur praedictatio doctrinalis, & essentialis, quia facit scire aliquid, quod prius non sciebatur, vel saltem non sciebatur tali modo, nempe distinctè, quia ratione etiam dici solet praedictatio doctrinalis, quia fini artis intersit, quae aliquid ignotum notificatur, est etiam illa praedictio directa, quia definitio nata est praedictari de definito. Identica verò praedictio est, in qua utrumque extremum eodem modo concipitur, nec distinguitur, nisi ratione ratiocinante, ut cum dicimus homo est homo, Petrus est Petrus, & haec praedictio dicitur naturalis, quia ex natura rei significat non potest verò esse, nam ut ajebat Boet. nulla est verior praedictio quam ejusdem de seipso, adhuc tamen dicitur profusus ad scientiam inepta, quia per eam nihil notificatur ignotum.

108 Hoc praedictio, Tolet. Sot. & alii ita explicant hanc definitionem, ut praedictabilis, quae convenit individuo, cum sit tantum de se ipso, non sit nisi identica, & naturalis, ac proinde ad scientiam prius incepta, & haec de causa inquit Ariff. in antepred. & c. de subst. & 2. Prior. c. 27. docere individuum de nullo praedictari, quia nimirum praedictabile proprie lumpsum, ut sic, de alio dicitur, & cum praedictio est aliquo modo doctrinalis. At quia haec explicatio sic absolutè sumpta non est sufficienter, nam praedictio identica etiam convenit rebus in universalis acceptis, dicimus enim homo est homo, animal est animal, addunt alii, ut haec definitio soli individuo applicetur, quod id, quod solum identice, & non alio modo praedictari potest de uno, illud est individuum, res enim in communi, est identice praedictari possunt, tamen etiam alio modo praedictari eis convenit, scilicet, formaliter, & directè de suis inferioribus.

109 Sed hic dicendi modus, quoque modo explicetur, si intendat negare individuo omnem formalem praedicationem, admittendum non est, nam in primis certum est, individuum accedens verè, & proprie praedictari de individuo substantia, ut docuit Alexand. r. Prior. loc. 2. & certè negari nequit, haec esse praedicationem formalem, quia dum dicitur Petrus est hoc album, ly album tenet locum forme respectu subiecti, & explicite dicit aliquid, quod non dicit subiectum, neque illa praedictio est nugatoria, ut putavit Tolet. quia tamen habere rationem subiecti respectu huius albedinis, & quando Ariff. in antepred. dicit hoc album de nullo praedictari, intelligatur tanquam de inferiori, non tanquam de subiecto, ut expitè contextu colligitur. Imò cum verum sit, quod docet Scotus 1. d. 8. q. 3. prope finem quilibet universalis dari proprium individuum, nimirum hoc animal, hoc rationale, hoc risibile, hoc album, quae dici solent individua incompleta, sane sicut haec rationes in communi lumpae praedictatur formaliter, & directè de individuo completo, & specifico, scilicet, de Petro, quod sit animal, quod sit rationale, risibile, album, sic etiam lumpae cum propria singularitate possunt adhuc formaliter, & directè praedictari de eodem individuo completo, non quidem tanquam de inferiori, sed tanquam de subiecto, respectu cuius habent rationem formae, omnia namque praedicationes sunt communicabiles ut quo, unde illae praedicationes erunt formales, & directae, Petrus est hoc animal, est hoc rationale, hoc risibile, hoc album, quam Scotiam doctrinam Blanc. Diac. & alii complures, & illae praedicationes suo modo reducuntur ad illa universalis, quorum singularia incompleta praedictantur de completo, & specifico, nam illa praedictio Petrus est hoc animal erit in quid, illa verò est hoc rationale erit in quale quid, & sic de aliis; imò similes praedicationes poterunt dici doctrinales, & artificiosae in respectu ad praedicationem omnino identiam, scilicet Petrus est Petrus, quia per praedictatum aliquid magis explicatur, quam per subiectum; unde restat solum individuum completum esse illud, quod non nisi identice praedictari potest de seipso, ut dicens Petrus est Petrus, vel Petrus est hic homo, sumendo ly hic hominum signatè, & particulariter, non autem pro conceptu humani individui singularis individui humani communi, quatenus, & Petitionem individui, sed universalis, ut modus ex dictis supra. Quae dicitur, loquitur ut de inferiori, ac etiam interdum speciatim loquitur de individuo substantia completis, quae non nisi identice praedictari possunt.

110 Ultima definitio, quae erat, individuum esse, quod continetur sub specie, tradebatur de ipso in ratione subiectibilis, debet autem

intelligi de individuo specifico, & subiectione immediata, nam individua generica immediatè etiam generi subiectioni ex dictis q. praec. art. 3. & specifica ipsa subiectioni eidem mediatè, verum tamen est, quod cum genus non praedictetur de suis individuis generici, nisi per modum speciei, ut ibi dictum est, absolutè dici potest omnia individua immediatè contineri sub specie, subdit autem Porph. postquam dixit individuum contineri sub specie, speciem quoque contineri sub genere, dicens, individuum continetur sub specie, species autem sub genere, quasi haec particula spectet ad integritatem definitionis individui sub ratione subiectionis, ut ostenditur individuum esse ultimum subiectionis, utpote sub genere, & specie contentum, & nullum dari individuum sub aliqua specie, quod consequenter non sit sub aliquo genere. Et quia individuum opponitur universalis, sicut inferiori superiori, hic est advertendum, subiectionem, quae est relatio individui, ut inferioris ad sua superiora, esse praecipuum, quod in individuo importatur, quia principalis ratio individui est ratio inferioritatis ad universale.

QUESTIO III.

De Differentia.

111 Expeditis Universalibus in quid praedicationibus, accedendum est ad Universalis, quae praedictatur in quale, & primo agendum de differentia, quae praedictatur in quale essentialiter, cum omne essentialiter praedictat accidentaliter. Differentia ex vi nominis dicitur forma faciens differre; pro quo notandum, ut colligitur ex Doctore 1. d. 3. q. 3. q. Ad quaestionem, & nostris Formalistis in tract. Formal. non esse idem differens, & diversum, & illa enim dicitur differentia, quae prius in aliquo communi conveniunt, deinde per aliquid illi communi superadditum differunt, illa verò dicitur diversa, quae non per quid superadditum, sed seipsas, & se totis secerantur, quam doctrinam ait Doctor esse Ariff. 10. Met. 12. Loquitur igitur hic Porph. de differentia, non de diversitate, & eam dividit in communem, propriam, & magis propriam, seu propriissimam, quae sola constituit hoc certum universale. Quamvis autem haec divisio non sit bimembres, facile tamen est reducibilis ad bimembrem, ut notat Orbell. c. de differ. Differentia namque, ut ait ipse Porph. vel facit aliud, vel facit alterum, seu alteratur adèdè ut communiter exponunt, vel facit differre essentialiter, vel accidentaliter, si primo modo, habetur differentia propriissima, & in hoc sensu dicimus hominem per rationalitatem à bruto differre, si secundo modo, hoc adhuc potest contingere dupliciter, vel per accidens proprium, & inseparabile, & sic habetur differentia propria, & in hoc sensu Sortes simus differat à Platone aequo, vel de eum per accidens commune, & separabile, quomodo dicitur Sortem sedentem differre à Platone stante, & sic habetur differentia communis, quae idèdè talis dicitur, quia attenditur contra accidentia rei prolix extrinseca, & separabilia, sicut è contra propriissimam talis dicitur, quia facit differre essentialiter propria verò differentia, quae est quae media inter utramque talis dicitur, quia magis accedit ad naturam verè differentias, quam communis, ut notat Orbell. quae de causa q. 1. infl. tr. 1. c. 5. absolutè diximus ipsam defumi ab accidente proprio, quamvis Porph. eam quoque defumam ab accidente communi inseparabili.

112 Sed circa hanc divisionem triplex contingit difficultas. Prima est, an sit adèquaturè divisio, nam plures formas facientes differre ad hanc divisionem non videntur posse reduci, differentia enim individualis non videtur aliqua ex assignatis, non enim est communis, vel propria, quia non convenit accidentaliter individuis, neque propriissima, quia non facit individua essentialiter differre, item ipsa genera rationem habent differentiae, quia animal, verbi gratia, distinguitur hominem à lapide, substantiam ab accidente, &c. & tamen non continentur in membris istius divisionis; proprietates item ab essentia manantes sunt verè differentiae, nam risibile differre facit hominem à rudibilibus, & tamen non sunt differentia communis, vel propria, cum non sint accidentia separabilia, vel inseparabilia, sed cum subiecto, unde oriuntur, ac dimanant, realiter identificata, ut infra dicemus; sed neque propriissima, cum non faciant essentialiter differre, de quo forme substantiales physicae faciunt differre, nullo tamen istorum modorum, quia licet sint intra essentiam compositi, tamen non dividunt aliquid genus, ut facit differentia magis propria.

113 Dicendum tamen esse esse divisionem adèquaturè, quia datur per membra exarientia totum divisum, omnis enim differentia vel facit differre essentialiter, seu intra essentiam, vel accidentaliter, seu citra essentiam, & ad hoc modum debet reduci forma omnes facientes aliqua differre, etenim illae, de quibus dubitabatur. Differentia namque individualis potest dici quod facit differre accidentaliter, non accidentia praedicationales, quia est gradus substantialis penetrans per realem identitatem totam substantiam, ac essentiam rei, cuius est ultima determinatio, sed accidentalitè praedictabilis, quatenus differre facit individua, non specificè, sed individualitè, & citra essentiam, unde contineri poterit sub differentia propria, quia praedictatur in quale extra essentiam necessario, atque idèdè non facit aliud in essentia specifica, verum tamen est, ut hic omnes advertunt, non esse Porph. intentionem huius, hanc divisionem comprehendere differentiam individualem, nam ipse agere intendit.